## LVTHERVS.

Nec dubium est multa semina bonarum arti-
um in iis animis esse, qui afficiuntur Musica.
Qui vero non afficiuntur, lapidibus atque trun-
cis similimos esse arbitror. Scimus enim
Musicam daemonibus etiam invisam et
intolerabilem. Et plane iudico, nec pu-
det asserere post Theologiam artem esse
nullam, quae Musicam possit aequare. Cum
ipsa sola post Theologiam id praestet, quod alio-
qui sola Theologia quietum laetumque reddat
atque efficiat.

## Philippus Melancht:

Oblecto tristem laeta testudine mentem
Et pulso curas, quas mihi pectus alit.
Ne solito celeres abeant mihi tardius horae,
Attingo subito fida sonora manu.